

Johann Joachim Schoepffer Johannes Heinrich Funcke

Disputatio Iuridica De Partu Octomestri

Rostochii: Weplingius, 1698


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741716364>


Druck Freier  Zugang



RU jurist. 6.Juli.1698

Schoepffer, Joh. Joach. /a





7. N. 7.

29

DISPUTATIO JURIDICA
DE

PARTU
OCTOMESTRI

KÖNIGLICHE
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
BRESL

QVAM
DEO BENIGNE ANNUENTE,
CONSENSU



MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS,
IN UNIVERSITATE ROSTOCHIENSI
PRÆSIDE

DN. JOHANNES JOACHIMO
SCHOEPFFERO 05/8/02

J. U. D. ET PROF. PUBL. SACR. CÆSAR MAJ-
COM, PALAT. ET CONSISTORII DUCALIS
ASSESSORE GRAVISSIMO,

DN. PATRONO, PRÆCEPTORE AC HOSPITE
ÆTATEM COLENDO

AD DIEM VI. JUL. ANNO M. DC. XCVIII.

20.

IN AUDITORIO MAJORI,
PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTIT

JOHANNES HEINRICUS ~~Suncfen~~
GUELPHERBYTANUS,
AUTOR ET RESPONDENS.

ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
P A R T U
OCTOMESTRI
DEO BENIGNO ASSUENTE
CONSILIO
MAGNIFICI P. J. J. ORDINARII
IN UNIVERSITATE ROSTOCKENSIS
P. R. A. S. I.
D. N. JOHANNES
SCHOPFFERO
J. U. D. ET PROF. PUBL. SACR. CAESAR. MAJ.
COM. PALAT. ET CONSISTORII-LEGALIS
ASSESSORIS GRAVISSIMO
D. N. PATRONO PR. ACCEPTORE AC HOSPITE
ETATUM COLENDO
AD DIEM VI JULII ANNO DM. DC. LXXIII
IN AUSTRIACO S. MARCI
PUBLICE DISCVSSIONE SUBMITTIT
JOHANNES HEINRICUS
GUELPHERTANUS
AUTOR ET RESPONDENS
ROSTOCKI Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.



Universitäts-
Bibliothek
Rostock



PRÆFAMEN.



Itio mihi vertes L. B. quod quæstionem Domitianam moveam, dubitando vel probando, *partum Octomensem esse legitimum*. Partus enim septimo mense, à die conceptionis, editus, injure, legitimus agnoscitur. *l. Septimo mense 12. ff. d. Stat. homin. l. In testator, §. ult. ff. d. sui & legit.* Ergo octavo mense, qui septimum excipit, editus, non poterit non legitimus agnosci, cum magis adhuc sit maturus magisque perfectus nato in mense

septimo. Nec has tuas similesque cogitationes improbo, cum ipse in eâdem fuerim, & adhuc item sententiâ. Verum cum nuperrimè aliud quærendo, invenerim, quod non quæsieram, celeberrimos scil. juris nostri interpretes, *Statu questionem partui Octomestri movere*, calcar mihi dubii hujus resolutionem quærenti additum est, & vidi: Magnum Gallix Jctum Tiraquellum (de quo vulgo referunt, quod bis quindecim & liberorû & librorum fuerit parens) in *Com. ment. ad L. si unquam C. d. revoc. donat. in Gl. ad vb. suscepit liberos n. 105. fol. m. 191.* docuisse: quod filius Octavo mense natus pro non nato habeatur. Cum quo conspirat Alciat, *Lib. 9. Resp. 23. n. 2.* ibi: Octavo mense natus, licet videatur vivus esse natus, tamen, quia secundum naturam vivere non potest, habetur, ac si natus non esset. Menoch. *Lib. 6. de Presumpt. Pres. 12. n. 7.* eodem collimat, judicando: *partum Octomensem immaturum & inc. in pæstivum esse, qui ex communi physicorum schola vivere non possit.* Idemque sentit Mascard *V. 3. d. probat. Concl. 1146. n. 6.* ibi: *par-*


tu licet vivus editus octavo mense, habendus est pro abortivo & Jul. Clarus Lib. 3. sententiar. §. Testamentum qu. 45. n. 3. ibi: octavo mense natus vivere non potest. Nec est quod objicias hanc opinionem antiquorum fuisse Jctorum, quæ in præfenti seculo, inter antiquata sit referenda, studio enim recentiores, ac in praxi probatissimos adduxi Autores Jctos, quibus recentiores jungo; Sic Hunn. ad Treutl. V. 1. Disp. 2. qu. 19. scribit: si cæmen partus octavo mense natus, sit vitalis, communis est & philosophorum & Medicorum sententia: eum legitimum non esse & Gerhard; Feltman. Jctus cætera satis acutus Tr. d. jure in re & ad rem cap. 2. th. 31. pag. m. 30. statuit: Octomestrem partum esse illegitimum Nec subtilis ille Bachov, ad Tr. V. D. 2. th. 5. lit. E. multum alienus ab hac sententia, dum tradit: Medicorum constantem esse sententiam: Octavo mense partum vitalem & perfectum non nasci Imo integra & celeberrima, hujus quoque seculi, collegia, tum Medica, tum juridica, contra partus octomestris vel vitalitatem, vel legitimitatem pronunciarunt. Ex illis adduco, celeberrimam Lipsiensium Facultatem Medicam, quæ mense Decembr. 1617. consultata, respondit: Octomestrem partum belangende/so schliessen wir mit den Herrn Medicis einhellig dahin/ daß die Kinder in achten Monath gebohren/ nicht vitales seyn/ weil auch Hippocrat. lib. d. Carnib. ad fin. spricht Mense octavo natus, nullus unquam vixit. integrum Resp. exhibet Dr. Amman in Medic. Critic. Cas. 7. in fin. pag. m. 56. Ex Jctorum Collegiis adduco Scabinatum Lipsiensem, qui teste Richt. Dec. 89. n. 5. respondit: Die weil daß Kind/ nach Ausgang des siebenden/ in achten Monath/ und also fast zehn Wochen zu früh gebohren/ so ist auch dasselbe für ehelich/ zu bewehrten Rechten nicht zu achten B. N. W. Quibus ex priori seculo jungo Matth. de Afflic. Dec. 236. n. 5. ibi: Per sacrum Consilium fuit habitum judicium a valentissimis Doctoribus in Philosophia & Medicina, qui omnes votaverunt, quod natus in octavo mense non potest vivere. Et tandem post longam deliberationem votaverunt Domini de Consilio quod talis filius habetur, ac si mortuus natus sit. His aliisque motus, thema hoc, summa tamen brevitate, loco exercitii Academici, pertractare constitui, ita ut cap. 1. generalia cap. 2. partum hunc impugnantes cap. 3. vero ejus legitimitatem exhibeam. Tu vero, alme Deus, ut hætenus, ita porro studiis meis felices largire successus!

CAP.

CAPUT I. DE PARTU OCTOMESTRI IN GENERE.

P Artus etymol.	n. 1.	licet quis sexto mense natus sit	n. 32. seq.
Homonymia	n. 6. seq.		
Synonymia	n. 5.	Si de parentum prematuro concubitu queratur, adhuc attenditur VII. mensis & partus censetur legitime conceptus	n. 35.
Octomestris derivatio	n. 7.		
Quid partus octomestris	n. 8.		
An constare possit de partu octomestri	n. 9. seqq.		
Intra mensem septimum & decimum, inclusive, natus, censetur legitimus	n. 12.	Licet sit robustus	n. 36.
Computatio instituitur à die conceptionis	n. 13. seqq.	Licet à muliere seniore editus sit	n. 37.
Secundo die nuptiarum natus legitimus est, non legitimatus	n. 17. seq.	Calumniantes ad palinodiam tenentur	n. 38.
Intelligitur mensis VII. inchoatus	n. 20. seq.	Nec parentes juramento purgatorio constringi possunt	n. 39.
Finis est mensis X.	n. 22. seqq.	Secus, si quinto vel, sexto mense edatur.	n. 40.
Jure Romano XI. mense natus habetur pro illegitimo	n. 26. seq.	Si parentes innocentiam urgent, juramento purgatorio opus est.	n. 41.
Partus effectus idem jus habet quod legitime natus	n. 30.	Pater filium VII. mense natum pro suo agnoscat	n. 43. seqq.
Quo fine hodie de breviori tempore solliciti sumus?	n. 31.	Secus si antea natus sit	n. 44.
Hodie attenditur sola vitalitas		Quo casu locus erit juramento purgatorio	n. 47. seqq.
		Initio XI. mensis natus in praxi ut legitimus admittitur.	n. 50.
			In fine

In fine mensis XI. vel XII. si Alii remotiorem terminant
edatur, Doctores non conve- admittunt n. 56.
niant. n. 51. *Qua sententia rejicitur Gre-*
alii XIV. admittunt n. 58. *stringitur.* n. 57. seq.

1.  Um e re fit, pauca de Tituli signifi-
 catione referre, Ulpiani in *l. 1. pr. d. reb. cred.* vestigia legere placet. Originem autem vox *Partus* trahit à voce parere, id est infantem aut foetum edere, ex quo & *parens* & *parrus* derivatur Germ. *die gebührt*, nomen & *JCtis* & aliis latinæ linguæ peritis frequens *l. Edictum 2. ff. d. Venir. inspic. l. Deducta 58. S. 4. ff. ad SCi. Trebell. l. partum 26. ff. d. V. S.*
2. Sicuti autem vox *parere* plurimas admittit æquivocationes, ita & vox *partus*, easdem non respuit Latè & abusivè, omnes fructus, sub nomine *partus* comprehendendi possunt. Et ipsum hoc exercitium Disputatorium *partus ingenii* nominari potest. Propriè autem de animalium, etiam bestiarum partu, prædicatur Virgil *Lib. 3. Georg.*
3. *Post partum in vitulos cura traducitur omnis* Et de gallina dici solet; quod pariat ova. Præcipuè autem hominis procreationem denotare solet, & bestiarum procreationi opponitur, sic Papinian. in *l. Deducta 58. S. 4. ff. ad SCi. Trebell.* vocem *partus* prædicat de ancilla; foetum autem de pecoribus. Quod discrimen Ulpianus quoque in *l. qui vas 40. S. 5. in fin. ff. d. furt.* & ipse Imper. Justin. *S. In pecudum 37. J. d. rer. div.* observat. Perpetuum tamen hoc discrimen non est, cum in *l. Utrum 7. pr. ff. d. reb. dub. legamus: Mulierem ad divum Hadrianum. perductam esse, cum quinque liberis, quos uno fatu enixa est.*
- NOS

Nos in rubro nostræ disputationis, per Partum intelligimus: partum ab homine editum, non foetum bestiarum.

Sed in hoc sensu triplici iterum supponitur modo (1.) pro partu in utero adhuc existente l. 1. §. 12. ibi: *quorum interest partum non edi. ff. d. Ventr. insp. l. 1. §. 1. ibi: partus antequam edatur, mulieris portio vel viscerum ff. d. tit. qui tamen aliquando spes hominis nominari solet l. 1. §. 8. in fin. ff. unde cognat. l. Cum inter 14. C. d. fideic. libert* (2.) sumitur pro ipsa parturitione l. 1. §. 10. d. tit. ibi: *Si cui ventrem inspicere custodire adesse partui licitum non erit* (3.) infantem denotat, per partum editum l. Partum 26. ff. d. V. S. l. 18. §. 4. ff. ad Sc. Trebell. & in ultima significatione, nos hac voce utimur.

Synonyma sunt Progenies, Soboles, natus l. 1. §. 10. ff. d. Ventr. insp. l. 7. & 26. ff. d. stat. homin. l. 2. §. 6. ff. d. excusat. Generatus, Procreatus, Infans, Proles l. pen. pr. C. d. legit. heredib. liberi l. 7. pr. ff. d. reb. credit.

Vox Octomestris composita ab Octo & mensis, à quo derivatur menstruus & mense, unde semestre, à senis mensibus, seu tale spatium, quod sex menses continet, bimestre, spatium duorum mensium continet.

Ex dictis liquet: quod Partus Octomestris sit partus octavo mense, à die conceptionis, editus. Hujus partus legitimitatem considerabimus, an omnia legitimè natorum jura, si vivus edatur, habeat, an aliqua ipsi, ut illegitimo, denegari, jure, possint.

Præmittenda autem quæstio præjudicialis: An constare possit de partu octomestri? supponas enim maritum cum sua uxore cohabitare, ut communiter fit, & octavo mense post nuptias, partum nasci, quis demonstrabit, an partus hic septimestris, an octomestris sit? Vel fingere ma-

ge maritum mori, vel peregrè proficisci, uxorem vero domi relictam, octavo mense, post mortem, vel abitum mariti, partum edere, quis certò asserere poterit hunc partum esse octomestrem, & non nono-vel decimestrem. Partus enim tempora sunt incerta, juxta Plin. *Lib. 7. Histor. Natural. cap. 5.* ibi: *Homo toto anno & incerto gignitur spatio.* Contentit Aul. Gell. *Noct. Attic. Lib. 3. cap. 16.* Frider. Bonavent, *Tr. d. part. Octomestr. Lib. 1. Cap. 9.* ibiq; alleg. Ambros. *cap. 15. Hexameron* ibi: *Omnes animantes prescripta habent pariendi tempora, homo solus indiscreta atque confusa.* Qvanquam & in animalibus nascendi tempus, in latitudine qvadam capiendum esse, propter temperamentorum diversitatem, cum Zach. *Quest. Medic. legal. Lib. 1. Tit. 2. qv. 1. n. 105. seq. Qv. 5. n. 1.* credam, & si quis diligenter tempus conceptionis oblerver, extra controversiam, aliquam partus diversitatem observabit, prout vel sola ovorum exclusio nos docet, cum pulli alii aliis citius excludantur. Et licet ad matris provocaveris testimonium, ut pote in re sua non tantum peritam, sed etiam corporis qvalitatem & mutationem optimè percipientem & sic de sensu corporali testantem, sæpe sæpius tamen & hanc falli experientia, peritissimiq; Medici testantur. Dn. Paul. Amman. *in Medic. Critic. Cas. 4. ejusq; Discurs.*

ii. Qvicquid tamen hujus sit, ter mini supponendi sunt habiles, finge maritū novellum, per triduum tantum uxori suæ cohabitasse, & postea, vel mortuum, vel captivum abductum, vel peregre profectum fuisse, partum vero octavo mense, post mortem, captiviratem, vel iter editum esse, ac mulierem confiteri maritum ante benedictionem sacerdotalem, eam carnaliter non cognovisse, his certe aliisq; similibus casibus, liquido constat, partum octavo, & non septimo, vel nono mense editum esse.

His

His præmissis, restat, ut legitimum tempus par- 12.
tui præfinitum, ex legibus demonstremus, cum multum
profit, ad præsentis thematis decisionem. In Jure autem
civilis Romano, **omnis partus, qui post
conceptionem, à mense septi-
mo usq; ad decimum editus
est, habetur pro legitimo.**

Quod axioma paucis illustrandum, ac textibus 13.
probandum, circa quod notamus (1) terminum, à quo
tempus legitimum hoc computamus, esse diem con-
ceptionis, jura enim Romana, quando de septimo mense
loquuntur, hoc fine computationem instituunt, ut par-
tum *abortivum* discernant à partu *legitimo* & non *abortivo*.
Hinc in *l. Septimo mense 12. ff. d. stat. hom.* Paulus docet: 14.
Septimo mense nasci perfectum partum, h. e. non abortivum,
abortivus enim uxoris partus, in jure nullum producit
effectum, cum non sit perfectus l. Uxoris 2. C. d. posthum.
hered. & Ulpian. l. Intestato 3. §. fin. ff. d. suis & leg. hered.
docet: cum, qui centesimo octogesimo secundo die natus est,
justo tempore videri natum. Hinc (2.) notamus; communem 15.
ferè Doctorem errorem, quod in computando septimo
mense, initium faciant à nuptiis, Ernest. Theoph. Majer
Comm. Instit. ad §. 2. d. Patr. potest. pag. 144. Lauterb. in
Comm. tit. d. his qui sui. §. 10. Joh. Cæppen. in Usupracl. Instit.
Lib. 1. Obs. 41, n. 8. ibi; Septimo mense post nuptias, Strauch.
diff. 2. ad jus univ. apb. 2. 161; à contrahis nuptiis Excell. Dn.
Engelbr. ad ff. d. stat. homin. th. 23. Nam, quando de perfectio- 61.
ne partus quæstio movetur, necessario dies conceptionis
& concubitus attendendi, per dicta n. 13. quando vero de
B *legiti.*

- legitimitate partus dubium oritur, illud tempus attendendū tantū, quod partui est utilius, vel conceptionis, vel gestionis*
17. *vel nativitatis pr. f. d. ingen.. Ex quo non potest non sequi: primo vel secundo mense, post nuptias natum, legitimum filium nasci, non legitimatum. Lauterb. in Comp. ff. tit. de his quæ sui vel alienj. ur. Hahn. ad W. tit. d. his, qui sui vel alien. jur. n. 2. ad ubi per subsequens, imo altero die post nuptias editus, non legitimatus dicendus est, D. Hopp. in Comm. ad pr. Inst. d. patr. potest. Stryk. in Us. mod. ff. tit. d. stat. bom. §. 13. cum hoc calu tantum tempus editi partus attendamus, non diem conceptionis, vel gestationis tempus. per text. expr. in l. Nuper. ii. in fin. C. d. Natur. Liber. ibi: non conceptionis, sed partus tempus inspiciatur.*
18. *Cujus quæstionis insignis est effectus, in illis locis & casibus, in quibus legitimati per sublequens matrimonium non utuntur eodem jure, quo reliqui liberi, in justo matrimonio nati. Cujusmodi statuta patria Wolferbytana ex Constit. D. Henrici Julii refert Hahn. d. n. 2. ad ubi. per subsequens matrimonium, Illustr. Dn. d. Rhetz. in Comm. jur. feud. ad L. 1. Tit. 8. ad vocem filii n. 13. seq. Imo idem illustris autor in Instit. Jur. Publ. L. 1. Tit. 20. §. ult. docet: Praxin hætenus neq. per rescriptum Principis, neque per subsequens matrimonium legitimatos, ad successionem Regionum Germaniæ admisisse. Quod inquirere, hac vice, non vacat.*
19. *Quando vero 1. & 2. Mense, imo 1. vel. 2. die post nuptias ex patre & matre natos, legitimos diximus, non agnoscimus, hoc jure novò demum inductum fuisse, quod quidem Dn. Lauterb. in Comp. ff. tit. d. his his qui sui, Ernst. Theoph. Mejer Comm. Inst. ad §. 2. d. patr. potest. pag. 144. contendunt, sed jure Instit & ff. quoque fundamentum est pr. f. d. ingen. l. 3. §. f. ff. d. suis & legit.*

Diximus computationem institui à conceptione 20.
 & partum perfectum & legitimum edi mente septimo,
l. 12. ff. d. stat. hom. notamus hic (3.) legem hanc, non
 intelligendam esse *de mense septimo completo*, quod quidem
 vult Hahn. *ad W. tit. d. stat. homin. n. 3. ad vb. postquam*
nati, sed *de mense septimo inchoato*, quia lex ex lege explican- 21.
 da est. Verum Ulpian. in *l. 3. §. fin. ff. d. suis & legit.* septimum
 mensem interpretatur, de initio septimi mensis, & ejus-
 dem Hippocratis autoritate, in quâ Paulus *l. 12. ff. d. stat.*
homin. se fundat, nititur, ex quo liquet Hippocratem ini-
 tium mensis septimi intellexisse, cujus autoritatem secus-
 tus est Paulus *l. 12. ff. d. stat. homin.*

Terminus *ad quem*, est mensis *decimus*, ita, ut filius 22.
 intra mensem septimum & decimum natus, censeatur
 perfectus & legitimus *Nov. 39. cap. 2. pr. ibi; neque enim in*
tantum tempus conceptionis extensum est. l. Intestato 3. §. 11. ff. d.
suis & legit. quando vero de longiori spatio disputamus,
 initium computationis fit à die ultimi concubitus, vel
 quo probabiliter ultimo concumbere poterat. Sic v. g.
 post mortem mariti, intra mensem decimum filius adhuc 23.
 nascitur legitimus, hoc effectu, ut præsumatur ex de-
 functo marito conceptus fuisse *l. 29. pr. ff. d. lib. & posth. l.*
fin. ff. d. fideic. lib. l. ult. C. d. posth. hered.

Notamus autem hic (4.) quod integer mensis X. 24.
 faveat legitimitati partus, ita ut in fine mensis X. natus
 ex defuncto legitimè susceptus præsumatur, *arg. l. 3. §.*
11. ff. d. suis & legit. nisi liquido probetur, quod de-
 functus per aliquot hebdomadas ante mortem cum u-
 xore concumbere non potuerit, sic enim computatio
 inchoanda ab illa die, ex qua certum est, defunctum
 ultimo concubuisse.

Simile iudicium fit, si maritus peregrè protectus sit 25.

- & post annum demum redierit, filium enim intra mensem decimum à die abitus natum pro suo agnoscere & alere tenetur.
26. Ex dictis probamus (5.) filium, post mensem decimum, computatione facta, ab ultimo concubitu, initio undecimi mensis, natum, non censi ex hoc viro conceptum & legitimum, per text. expr. *d. l. 3. §. 11 ff. d. suis & legit. ibi: post decem menses mortis natus, non admittetur ad legitimam hereditatem.* Nec est, quod objicias *Nov. 39. cap. 2. pr.* in qua undecimo mense *perfecto* natus, dicitur illegitimus, hinc colligunt: Ergo initio mensis undecimi natus, ut legitimus admittendus est, arg. à contrario sensu ducto, quod in jure dicitur fortissimum *l. 1. pr. ff. d. offic. ejus, cui mand. jurisd.* Nam hoc argumentum duci non potest contra textus expressos, qualis est *l. 3. §. 11. ff. d. suis & legit.* accedit, verba dict. *Nov. 39. c. 2.* esse narrativa, in quibus iterum argum: à contrario sensu duci nequit, denique ex tali argumento eadem firmitate concludere liceret: ergo partus in medio mensis XI. imo circa finem mensis XI. natus, adhuc erit legitimus, quia non est natus *mensis undecimo perfecto*, vel ut Imperat. *d. Nov. c. 2. §. 1.* loquitur: *circa terminum anni*, quod ipsi dissentientes ex *d. Nov.* probare non audent, hinc manemus in regula: quod X. menses non fuerint *d. Nov. 39. cap. 2.* extensum cum Dn. Ulrico Huber. *ad ff. tit. d. Stat. homin. lb. 17.* Gerhard Feltman *tr. d. jure in re & ad rem cap. 2. lb. 36. pag. m. 51.* & *Jdem Feltman in Comm. ff. adl. 12. ff. d. stat. bom. §. 8.* Denique (6.) monemus, nihil interesse, an partus dictis mensibus naturali modo edatur, an vero exfecto ventre vivus prodierit *l. Posthumus 6. pr. in fin. ff. d. Inoffic. testam* natum enim accipimus, etsi exfecto ventre editus sit *l. quod dicitur 12. pr. ff. d. lib. & posth.*

postb. imo licet mulier jam mortua sit, si tamen partus ex-
cilo utero vivus edatur, numerum legitimorum libero-
rum implet. *Etiam ea 141. ff. d. U. S.*

Hactenus de jure Romano locuti sumus, verum **31.**
quid in quotidiano judiciorum usu observatur? de breviori
tempore, hodie præcipue hoc sine solliciti sumus, tum ut
distinguaamus partum abortivum à perfecto; tum, ut con-
stet, an parentes propter præmaturum Veneris usum, Ger-
manis das Dorpsiel / puniendi sint; tum ut constet, an
pater, qui ante benedictionem sacerdotalem cum sponsa
non concubuit, partum quinto vel sexto mense editum
pro suo agnoscere teneatur.

Ad primum effectum pertinet **32.** Qu. an partus, sexto
mense, à die conceptionis editus, si spiritum ediderit, ho-
die pro legitimo sit habendus? jure Romano negativa,
ex supra dictis, liquet, sed in praxi receptior est affirmati-
va, quam defendit Peretz. *ad C. tit. d. postb. hered. n. 15.*
Excell. Dn. Stryk. d. success. ab Inest. diff. 1. cap. 2. §. 16. Brunn.
ad l. 1. §. seq. C. d. postb. hered. n. 8. Carpz. p. 3. C. 17. d. 18.
ibiq; præj ibi; Ob nun wohl solches Kind nicht zeitig ge **33.**
wesen / und die Mutter mit demselben länger nicht / den
in sechsten Monath schwanger gangen / die weil aber
dennoch bemeltes Kind gelebet / und ehren Bericht
nach vor seinem Absterben etliche Seufzerlein gethan etc.
So ist auch seines zuvor verstorbenen Vaters v. Groß-
vaters Erbschaft auf dasselbe Kind kommen. Simili mo- **34.**
do in suprema Frisiorum curia judicatum d. 15. Jan. 1627.
teste Joh. à Sande in *Dec. aur. Lib. 4. tit. 8. d. 8.* In praxi
enim hoc casu non tam menses, quam vitalitas attenditur
Brunnem. *d. l. n. 8. Stryck d. l. Et in Us. Mod. tit. de stat. Homin.*
§. 14. elegans refert exemplum, quod partus 173. dierum
vividus, post controversiam decem annorum, in foro, pro
legitimo

- legitimo pronunciatus sit, ut ut pater fuerit septuagenarius add: in simili septuagenario Resp. Tubing. in *Mev. Cons/110. in fin.* & Altorf. *Mev. Consil. iii. in fin.* Jmo Curia Parisiensis pronunciavit, patrem heredem esse filij, qui ex secto matris utero, editus erat, quinto mense, & spirare visus fuit ut ex Chopp. refert Sande *d. de f. 8. in fin.* quæ sententia probabilis, si hodie ad solam vitalitatem respicias. *Add. Lib. 4. Esræ cap. 6. vers. 21. ibi: die Schwangeren werden unzeitige Geburthen gebähren / Kinder von drey oder 4. Monden / und die werden Leben und aufkommen.* Quoad secundum effectum, ut scilicet constet, an parentes propter præmaturum concubitum puniri possint, adhuc hodie attenditur VII. mensis, & constans omnium JCtorum sententia, quod parentes puniri non possint, si mente septimo partus edatur. *Carpz. p. 4. C. 27. d. 13. ibiq; præj. Hahn ad W. tit. d. stat. hom. n. 2. ad vb. postquam nati ibiq; præj.* quæ sententia non tantum vera, si infans sit infirmus ac debilis, sed etiam si firmus, ac validus quia jura nostra non distinguunt, quicquid etiam doceat Zachias *in qv. med-legal. L. 1. Tit. 2. qv. 3. n. 65. seq.* nec tantum procedit in primogenito, sed etiã in ultro genitis, quia talis distinctio in legibus non fundata. Nec ex eadẽ ratione attenditur, an juvenis fuerit uxor, an vero profectioris ætatis, an virgo, an vidua Richter *Dec. 89. n. 3.* ibique præj. quod propter singulares circumstantias apponere lubet: Ist euhre stief Mutter zu Anfang der 32. Wochen / von Zeit an ihres ehelichen Beylagers zu rechnen / eines jungen / und in allen vollenkommenen Söhnleins genesen / deswegen Sie von vielen / und fast durchgehends in verdacht gezogen worden / ob hätte Sie sich noch vor der Priesterlichen Copulation zu ihren thigen Eheman gefunden / zumal weil dieser sich auch vor der Hochzeit / viel und stätig bey ihr auf gehalten / und freundliche
- Con-

Conversacion mit ihr geflogen / ob nun schon etliche der Juristen und Medicorum in dieser Meinung begriffen / es sey die im Rechten befindliche Verordnung / daß nemlich ein Kind / so in 7. Monath geböhren / vor ein recht und Ehelich geböhren / auch in der Ehe erzeugtes Kind zu achten / allein von jungen / und vorhero noch unverheyratheten / nicht aber von solchen / so bereit etliche Jahr &c. in Ehestand gelehet zuverstehen / dennoch aber und dieweil berührte Rechts verordnung ganz generaliter redet / &c. so möget ihr dahero oberwehnte euhre StiefMutter / als ob sie vor der Hochzeit und ehelicher Trauung zugetrochen / beständiger weise nicht beschuldigen. *quod responsum probat Hahn. ad W. d. n. 2. ad vb. Postquam nati. Cum vero malevoli hisce casibus, ut plurimum calumniantur, malitia eorum actione ad palinodiam coercenda est, ut judicatum à facultate Juridica Lipsiensi teste Finckelt. Observ. postb. 2. n. 27. ibi: Dieweil beydes die Rechtsverständige als Medici ins gemein lehren und schliessen / daß in siebenden Mohnat nach gehaltenen Beylager ein vollkömlich und natürlich EheKind geböhren werden mach / so ist euch die Verleumder / auf einen Wiederruff zu belangen unbenommen B. N. W.*

38.

Nec cogi possunt parentes, ut jurejurando se purgent, quod præmaturum concubitum non celebraverint *Carpz. L. 2. def. 224. Dn. Stryk. in Us. Mod. ff. tit. d. stat. bom. § 13. Hahn. ad W. d. stat. bom. n. 3. ad vb. postquam nati ibiq; præj. ibi: Zielweniger mag dem Vater / daß Er seine Hausfrau für Priesterlicher Copulation fleischlich nicht erkand / einig juramentum purgationis beständig auferleget werden.*

39.

Verum quid si 5. vel 6. mense post nuptias partus sit editus, an parentes de præmaturato concubitu suspecti erunt

40.

erunt? quod affirm. si infans fuerit validus, ac robustus
 Carpz. l. 2. def. 224 n. 4. & Lib. 3. d. def. 77. n. 13. praj.
 Stryk. in *Uf. Mod. d. 1. §. 14. in fin. vid. Mev. Consil. 42. n. 164.*
 Ut ut enim pro legitimitate partus pronunciandum sit, hoc
 parentibus tamen prodelle nequit, qui suspicione labo-
 rant, cum præsumtio desumenda sit ex eo quod
 ut plurimum accidit Stryk. in *Uf. med. ff. d. l. adeoq;*
 42. sufficiens indicium ad inquisitionem Mev. *Consil. 42. n. 164.*
seqq. ut judicatum Rostochii mens. Decemb. 1648. ver-
 ba sententiæ: *Uud weil der frühzeitige partus, einen vor*
der Hochzeit begangenen Bey Schlaf / damit die Gemei-
ne geärgert / anzeigt; als ist der Rath zu Breiffenberg /
ex officio rechtmäßige unparteyische Inquisition darüber
anzustellen / und den excess rechtlicher Arth nach zu bestraf-
fen / schuldig B. R. W. Verum quid si parentes constanter
 negent se, ante benedictionem sacerdotalem, se non carna-
 liter commiscuisse? Resp. juramento purgatorio opus est,
 vid. in Mev. *Consil. 42. n. 203. seq. ibi:* also können wohl exem-
 pel vorhanden seyn / daß etwan in 100. Jahren einmahl / ein
 Kind von 6. Monathen geböhren worden / man præsumi-
 ret aber nicht / das es auch izo geschehen / sondern die jura
 σοπίτοπλῆστον ihr Absehen / vermuthen das contrarium
 und geben dem Judici ein indicium delicti an die Hand /
 welches die rei anders nicht / als per torturam sive spiri-
 tualē sive corporalem purgirea können &c. Quo præstito,
 parentes ab omni pœna ac suspicione liberandi sunt. arg.
 c. 8. X. d. purgat. Canon. *Ordin. Camer. Part. 2. Tit. 10. §. 1. in fin.*
 42. Dicta limitanda sunt, si conjuges præsumptionem
 anticipari concubitus, alia valida ac speciali præsumtio-
 ne elidere possint, præsumtiones enim alia aliam tollunt.
 vid. Barbof. *lib. 14. cap. 68. axiom. 26. & seq.* qualis præ-
 sumtio: si in primo concubitu rupti hymenis signa ob-
 servata

servata sint. *Deut. 22, vers. 15.* Et licet autor *Consil. Mev. 42^o*
 n. 211. nec hanc præsumtionem admittat, quod mulieres
 saepe dolosis artibus, rerum venerarum tirunculo, imponant,
 ut credat se virginem deflorasse. Nescio tamen, quomodo
 hoc ad casum in dicto consilio propositum quadret, cum
 in facti specie supponatur, virum, de quo consilium con-
 scriptum, esse septuagenarium ein siebenzig jähriger
 Mann / qui nostra ætate, inter tirunculos, referri ne-
 quit. Hinc eo casu per Tubingenses & Altorfenses
 Parentes plenè absoluti sunt, licet pater fuerit septuage-
 narius, uxor vero juvencula. vid. *Mev. Cons. 110. § III.*

Haec tenus dicta locum sibi vindicant, etiam in ter- 43.
 tio casu, si pater filium septimo mense, à die primi con-
 cubitus, natum, pro suo agnoscere difficultates nesciat.
 Equidem Comes quondam Holsatiæ, cui nomen Gerhard.
 uxorem anno 1432. domum remisit, misso repudio, quod
 VII. Mense, post nuptias, gemellos alterum masculum,
 alteram foeminam procreaverit, ut ex Pontano pluribus
 refert Zeiler. *Epistol. 404.* Sed invita justitia ac jure, Co-
 mes Gerhardus tale quid suscepit, cum septimo mense li-
 beri nascantur legitimi vid. n. 13. *seq. h. cap.* Nam pa-
 rentes suspicione carent, si filius mense nascatur septimo,
 ergo mater quoq; suspicione non est gravanda à proprio
 marito. Verù quid si partus quinto, vel sexto mense editus 44.
 fuerit vivus ac validus, maritus autem, qui ante matri-
 monium cum sponsa non cohabitavit, partum pro suo
 non agnoscat, sed propter præsumtum stuprum, divor-
 tium petat? Et quinto mense editum, à patre non præ-
 cisè agnoscendum & alendum esse decisum refert, Zach.
 in *Qu. Medic. leg. in Dec. Ros. Rom 45. n. 8.* Consentire vi-
 detur Brunnem. ad l. 12. ff. d. *stat. homin. n. 2.* quod infra
 6. mensem natus & vitalis, non præsumatur legitimus,

C

quæ

- quæ sententia juri Romano conveniens, in quo, initium legitimi partus fit initio septimi mensis *l. 12. d. stat. bo- min. l. 3. §. fin. ff. d. suis & legit.* ergo quinque. & semestrem partum à legitimitate excluderunt, unius enim temporis, hoc est VII. mensis, inclusio, est alterius, hoc est anterioris mensis exclusio, Finkelth. *Obs. postb. 2. n. 10.* qui n. 11. plures adducit Ddres. Verum cum supra indicatum sit partum quinto & sexto mense, quandoque vivere posse, exempla refert plurima Joh. Schenck. *Obs. Medicin. Lib. 4. d. partu sub Rr. Mense quinto & mense sexto pag. m. 556. seq.* Sperling. *Tr. d. format. homin. in uter. cap. 9. qu. 1.* Ex hoc unico fundamento, maritus divortium impetrare non poterit, dubia enim sunt tempora partus, in dubio vero pro legitimitate partus pronunciandum, & illa præsumtio pro uxore capienda, quæ est delicti exclusiva, si ante matrimonium in initum, probatis fuerit moribus,
47. nec maritus suspectam alieni viri conversationem, cum sua sponsa, probare possit. Hoc tamen largior, quod uxor juramento purgatorio innocentiam suam confirmare te- neatur, quod ab alio viro, quam proprio marito non
48. fuerit cognita, non levis enim suspicio contra sceminam militat, quæ desumitur à communiter contingentibus, hæc ergo juramento purganda. Nec est, quod regeras marito divortium concedendum esse, quod suam intentionem præsumtivè probaverit, tum ex jure, tum ex magis communi & physicorum & Medicorum & Jcto- rum asserto, partum sexto vel quinto mense editum vivere non posse, Ergo si vivat, non erit sexto vel quinto, sed priori mente conceptus Finkelth. *d. obs. 2. n. 8. seq.* si vero civiliter agatur, sufficit, adulterium præsumtivè probasse *c. 12. X. d. præsumi.*

Negamus enim omnem præsumtivam probationem esse sufficientem ad impetrandum divortium, sed tantum violentam, ita ut iudex aliam conjecturam capere

pere non possit, quam adulterii, perpetrati, qualis est si nudus cum nuda, volens & consentiens, in uno lecto, visus fuerit. In nostro casu vero capi poterit alia conjectura, scil. præmaturus foeminae partus, qui ut ut rarior aliquando tamen à properante natura producitur, hic potius, quam adulterinus partus, in tantum præsumendus, ut non concedatur divortium, sed juramentum purgatorium imponatur.

Vidimus hodiernam praxin, in tempore breviori, restat, ut paucis sub jiciamus praxin, in tempore longiori. Et initio undecimi mensis natum, à tempore ultimi concubitus omnes fere legitimum pronunciant. Joh. Cœppen *in Usu pr. Inst. L. 1. Obs. 41. n. 14. § 15.* ubi præj. quod maritus, qui peregre profectus fuit, partum 43. septimana editum, pro suo agnoscere teneatur. Richter *Dec 89. n. ult.* Carpz. *p. 4. C. 27. def. 15.* ibique præj. Mynsing. *Cent. 6. Obs. 40. n. 10. seq.* Feltman *Tr. d. jure in re § ad rem cap. 2. tb. 37.* Rauchbar *l. 1. Qv. jur 27. n. 53.* si vero sub finem undecimi mensis partus edatur, vel initio, vel in fine duodecimi mensis, quin illegitimus habeatur, dubium prorsus non est, si credis verbis. Carpz. *p. 4. C. 27. def. 15. n. ult.* adjecto præj. ibi: und also nach den elfften/ im Anfange des Zwölfften Monats/nach ihres Mannes Tode eines Kindes genesen etc. so wird solches Kind für N. N. recht undehelich erzeugetes Kind nicht gehalten. Simili modo respondit Facultas juridica Lipsiensis Anno 1638. daß die Rechte allein den Anfang des elfften Monats/ und fernere Zeit nicht/ in solchen Gebuhrt fallen zulassen. Finckelth. *observ. posth. 2. n. 65.* Hopp, *in Comm. ad pr. Inst. d. patr. potest. in fin.* Lauterbach. *in comm. ff. tit. d. bis, qui sui vel alien. S. 12.*

Alii vero & mensem XI totum & XII, admittunt,

si nulla sinistra suspicio, quoad vitam & famam, in viduam cadat. Joh. à Sande in *Dec. aur. Lib. 40. tit. 8. def. 10.* ubi sic pronunciatum refert d. 27. Octob. 1634. aliud præj. allegat ex Beust. *d. Matrim. P. 1. cap. 36.* Dn. Stryk. *d. success. ab Int. Diff. 1. cap. 2. §. 17.* In eandem sententiam descendit Fabrit. *ad Mynf. Gent. 6. obs. 40. in fin Brunnem. ad l. 12. ff. d. stat. homin. n. 3.* Quibus & nostrum calculum adjicimus, si in viduam alia suspicio non cadat, quam quod partum sero nimis ediderit, maximè, si medici ex facti circumstantiis adducant, hunc partum in individuo, diutius in utero matris versari potuisse: Sic enim Jctorum erit in dubio, pro partu pronunciare. Verum, cum contra viduam & hoc casu præsumptio juris militet, hanc præsumptionem juramento purgatorio diluere necessum habebit. Denique indicandum; Johannem Schenkium *Lib. 4. de partu rubr. de mense tertio decimo obs. 1. pag. m. 559.* tradidisse, Lucium Papyrium Prætorem bonorum possessionem contra Tabulas dedidisse, cum mater mensibus XIII: partum diceretur tulisse, & Avincennam aliosq; 55. Medicos testari, honestissimas fœminas XIV. mense peperisse, hinc apud Parisienses talem viduam admissam fuisse refert Gothofr. *ad Nov. 39. c. 2.* Feltman, *Tr. d. jure in re & ad rem cap. 2. tit. 40. pag. m. 33.* Tiraqvell. *ad l. 8. C. d. revoc. donat. ad vb. susceperit liberos. n. 210. pag. m. 193.*

Imo Johann. Schenck. *observ. Medicinal. Lib. 4. d. partu Rr. de biennio obs. 1.* refert ex Albert Kranzio: *Ex Duce Barch. Vandale Uxor concepit, & biennio pragnans fuit, & parturivit infantem gradientem & loquentem.* Et eodem loco ex Aventino *Lib. 5. Annal. Bojorum* adjicit Schenkus *fœminam biennio uterum ferentem, matrem loquentem enixam esse.* Verum partum suppositum, non verum, fuisse, vel inde constat, quod infans in utero materno
lin.

linguam adducere non possit, simile iudicium ferendum videtur, de partu, post triennium vel quadriennium, legitime nato, quem Schenck, *in seqq. obseru.* adducit. Jura enim nostra ab infinito abhorrent. *l. 13. §. ult. ff. d. dam. in se. et.* & per talem doctrinam amplissima delinquendi occasio suppeditatur, hinc ultra XII. mentem partus legitimitatem extendendam non esse, censemus. Hahn, *ad W. d. stat. homin. n. 3. ad vb. postquam nati.* Nisi Medici admodum perspicuis argumentis JCtis demonstrant, in hoc individuo, partum ultra XII. mensem in utero matris fuisse retentum, sic enim JCti hodiernis experientissimis & non suspectis Medicis, eandem tribuent autoritatem, quam olim JCti & ipse Justinianus Hippocrati *l. 12. ff. d. stat. hom. l. 3. §. fin. ff. d. suis & legit.* Vel Aristoteli, ut celeberrimo sui temporis physico, olim tribuerunt. *l. 36. ff. d. Solus.*

Quot enim ex peritorum hypothesebus leges latæ sunt, toties illæ leges hodie vim suam perdunt, si hodie melioribus rationibus, experimentis & quotidiano usu, hypotheses illæ evertantur Excellent. JCtorum Strykius *in Us. mod. ff. tit. d. stat. homin. §. 14.*

CAPUT. II.

PARTUS OCTOMESTRIS LEGITIMITATEM IMPUGNANS.

I nteritus	n. 1.	Menoeb.	n. 8.
Communis opinio, partum octom. esse abortivum	n. 2.	Hunn.	n. 9.
Quam defendi afflicti.	n. 5.	Jul. Clar.	n. 10.
Paris. & Mascard.	n. 6.	Feltman.	n. 11.
Alias.	n. 7.	Vitalitatē partus octomestris in dubium vocant. Barbou.	
	C3		Boër.

Böer. Brunsem. Perez. Da- miel Moller. n. 12. & 13.	Aliqui probare conantur octa- vo mense in matrimonio editum, firmum, esse noni- mestrem n. 21.
Partui octomestri præcipue in- sensus est Tiraquellus n. 14.	
Rationes JCorum adducuntur n. 15. seq.	Rationes n. 22. seq.
Hippocrati recentiores quidam Medici sequuntur n. 18. 19.	Hippocratis & eum sequentis um rationes serè remis- sivè n. 25. seqq.
Et fac. Medic. Lipsiensis n. 20.	

1. **V**idimus cap. 1. certum tempus præfinitum esse in jure, intra quod partus nasci possit legitimus, tum ratione brevioris tum ratione longioris termini, propius nunc ad propositum accedimus, inquirendo *in partus octomestris legitimitatem*, placet autem hoc capite contrariæ sententiæ rationes & autoritates perlustrare; in cap. seq. vero sententiam partui octomestr. faventem pro virili, defendere.
2. Communior autem magisque, apud omnes nationes, recepta juris interpretum sententia, quæ octomestres, ut *monstrosos & abortivos* excludit, sunt verba Alphonsi. à Caranza JCu Hispani in *Tr. d. partu naturali & legitimo cap. XI n. 47. in fin.* quam sententiam Caranza d. cap. 11. ex veterum Philosophorum ac medicorum sententia pluribus probat, idemque Fridericus Bonaventura Philosophus eminentissimus in *X. libris de partus octomestris natura*, pluribus peregit, Hinc brevitaris studio, solos adducemus JCos, & recentiores quosdam Medicos, quorum nec Caranza, nec Bonaventura mentionem fecerunt, & JCorum præcipue curam habebimus, quia ad nostrum spectant forum, & quia Frideric. Bonaventura in *prefat. ad lectorem Tr. suo præmissam* scribit:

scribit: ea potius opinio ad veritatem videtur esse propensior, quae octavo mense editos, & naturales & vitales parius esse defendit; tam etsi non me lateat, non solum omnes Juris Professores, sed etiam plerosque Medicorum, in contrariam sententiam abuisse & paulo post: cum axioma sit hac nostra tempestate, apud omnes fere tum medicos, tum philosophos, sine ulla dissensione receptum:

Octavo mense genitos vita non potiri.

Ex quibus abunde, licet remissivè, constabit, de veterum opinione, quod de vitalitate & legitimitate octomestris partus plurimum dubitaverint, si non plane eam negaverint. Ex Jctis agmen ducat Matth. d. Afflictis Dec. Neapol. 236. n. 4. docens: *clarum est in jure, quod filius natus in octavo mense, non potest vivere, & ideo habetur pro mortuo.* Cum ergo contingeret, matrè octavo mense parientem, secundo die, ab edito partu, mori, & paulo post, partum quoque octomestrem extingui, ex Consilio prudenti post longam deliberationem, judicatum fuit: quod partus octomestris nec matri, nec pater partui octomestri succedere potuerit; teste Afflict. d. Dec. 236. n. 5. & 6. vid. Praefamen nostra disput. eandem fovet sententiam Paris. Vol. 2. Conf. 56. n. 7. quod octavo mense natus, quoad omnes juris effectus, habendus sit, pro non nato. Paris. & Afflict. sequitur Mascard. d. probat Vol. 3. Concl. 1146. n. 2. & seq. & Andr. Alciat. Lib. 9. Resp. 23. n. 2. qui partum octavo mense natum, judicant abortivum, quod natus sit eo tempore, quo secundum naturam vivere non potest, adeoque pro non nato habendus sit, Alciat. d. 1. hinc patrem non succedere filio octomestri concludit Alciat, d. 1. n. 3. Eandem sententiam amplectitur Menoch. in variis locis

- locis *Lib. 5. præf. 52. n. 7.* in præf. allegatus est cui junge
Lib. 4. præf. 89. n. III. ubi vult: filium octavo mense, ut ut
 vivum natum, non succedere patri, nec substitutum exclu-
 dere, suamque opinionem pluribus autoritatibus firmat
 eamque vocat magis communem, licet aliqui ab ea dis-
 9. sentiant. Et *d. A. J. Q. lib. 2. Caf. 89. n. 38.* idem Menoch
 scribit: de partu octimestri dicendum est, ex communi
 sententia vitalem non esse, hinc concludit, quod pater,
 si diu abfuerit & domum revertatur, ac per triduum
 tantum commoretur, si uxor post abitum mariti octa-
 vo mense pariat, & vivat filius, quod à marito conce-
 ptus non credatur. Eandem hanc sententiam, quod ma-
 ritus octomestrem pro suo agnoscere non teneatur ex
 Menoch, refert ac sequitur *Humm. ad Treutl. U. 1. Disp.*
2. qv. 19.
10. Partus octavi mensis legitimitatem rejicit quoq;
Jul. Clar. sententiar. L. 3. §. Testamentum qv. 45. n. 3. qui
 inde concludit: partum octomestrem non rumpere testa-
 11. mentum, nec facere deficere conditionem fideicom-
 missi Cum *Jul. Clar. sentit Gerhard Feleman. Tr. de jure*
in re & ad rem cap. 2. lb. 31. pag. m. 30. dum scribit: *octa-*
vo mense qui nascitur infans, non iusto partu dicitur editus
& lb. 32. hinc concludit: ergo octavo mense natus non
 rumpit testamentum.
12. Et licet successionem partui octomestri non de-
 negent alii, in eo tamen conveniunt, quod partus octo-
 mestris non sit vitalis & perfectus *Bachov. ad Tr. V. 1.*
disp. 2. lb. 5. lit. B vid. præf. nostr. disp. Boër. Dec. 220 n. 1
ibi: octavo mense natum secundum medicos vivere non posse,
& sic peritis in arte credendum esse. Brunnem. ad l. septimo
mense 12. ff. d. stat. bom. n. 1. ibi: octomestris partus vitalis
non est. Perez ad C. lit. de posthum. bared. ibi: quod ex medio

eorum sententia partus octomestris non sit vitialis. Daniel. 13.
Moller semestr. Lib. 3. cap. 28. n. 1. ibi: Verum ergo, ut prius
illud, vivacem nimirum eum non esse, qui octavo mense na-
scitur, facile credo. Hinc à contrario sensu concludunt,
natus est & vivit, ergo non est natus mense octavo. Boër
d. Dec. 220. n. ult. Mascard. d. Probat. Concl. 1146. n. 9.

Inter omnes tamen adductos nemo prolixior est 14.
Tiraquello, qui in Comm. ad L. si unquam C. d. revoc. Donat.
Gloss. ad. vb. suscepit liberos n. 205. & multis seq. statuit:
quod filius octavo mense natus pro non nato habeatur. Hinc
concludit eum non rumpere testamentum, nec revocare
donationem à patre liberis orbatò factam, nec succedere.

Rationem hujus opinionis Jcti aliam non dant, 15.
quam eam, quòd octomestris ex medicorum sententia vivere
non possit, Jul Clar. d. §. Testamentum 20. 45. n. 3. Alicat. Lib. 9.
Resp. 23. n. 2. Mascard. d. probat. Cons. l. 1146. n. 7. Et licet Medici 16.
inter se non convenirent, in Medicorum tamen dissensu,
Hippocratis præferenda esset sententia, quia hujus doctissi-
mi viri autoritas, circa legitimi temporis partus determi-
nationem, in jure approbata est, l. Septimo mense 12. ibi:
propter autoritatem doctissimi viri Hippocratis ff. d. stat. ho-
min. l. Intestato 3. §. ult. ff. d. suis & legit. ibi: Hippocrates
scripsit Hippocrates autem lib. d. Carnib. ad finem & lib. d.
partu octimestr. aliisq; in locis docet: Mense octavo natus
vivere non posse. Adeoq; testem, quem Jcti in d. l. 12. & l. 3. §. 17.
ult. pro se, in probanda partus septimestris legitimitate
adducunt, contra se quoque in partu octomestri admit-
tere tenentur. Struv. Ex. 28. th. 41. Excell. Dn. Præses in syn.
jur. privat. tit. d. testib. n. 13. per text. expr. l. Si quis 17.
C. d. testib. ibi: si quis testibus usus fuerit, idemque testes adver-
sus eum, in alia lite, producantur, non licebit ei personas eorum

D

excipere.

exipere. Accedit in toto corpore juris, nullum textū reperiri, qui mensem octavum ut legitimum agnoscat, cum tamen mensis septimus legibus expressē approbatus sit. Ast sententia Hippocratis aliorumq; medicorum & philosophorū antiqvorū Jctis nostris non potuit non fuisse cognita, quod octomestris partus ut non vitalis fuerit rejectus, quam sententiam, si non approbassent compilatores ff. procul dubio, in aliquo loco, de partus octomestris legitimitate disposuissent.

18. Nec antiqui tantum medici, sed & hujus seculi Hippocratis approbant thesin. Sic Michael Reudenius Philosophiæ & Medic. Doctor. d. 10. Sept. 1615. respondit: juxta omnium philosophorum & medicorum sententiam octomestris fœtus editio, partus quidem, non abortus, notetur: sed nec vitalis, nec legitimus dici debet. Et de eodem casu Caspar Horn. medic. D. & physicus in Jochims tahl. d. 17. Sept. 1615. respondit: weil obgedachte Zeit von 15. Julii Anno 1614. biß den 26. Febr. Anno 1615. nicht allein secundum mensem solarem 8-halb/ sondern auch secundum cursum lunæ & halb Monath und 7-halb/ Tage und also octimestrem partum erweist/ welcher teste Hippocr. l. d. octimestri partu & Lib. d. Carn. Item Cral. 6. Equidem part. 7. tit. 27. nullibi, nisi in Ægypto (ut Aristoteles, scribit) L. 7. d. *Histor. animal. c. 4.* vitalis est, die Magdlein aber integre conformata ac bene vivida adhuc existeret, als kann es pro partu legitimo nicht geachtet/ noch desselben Geburths zeit/ für natürlich dieser Lands arth
20. nach/ erkand werden. Et horum medicorum judicium de partu octomestri approbavit integra facultas Medica Lipsiensis, cujus verba in Præt. allegata sunt. add: *alruid Resp. Facult. Medic. Lipsiensis d. 29. Octob. 1674. Ammon. Med. Crit. Cas. 20. & aliud d. 21. Mart 1638. Amman. Cas. 45.*

21.

Ex eadem hypothese ulterius infert D. Reudenius

US

us & Horn. quod partus octavo mense post nuptias validè editus, vivus ac sanus, sit partus nono-vel decimemestris, adeoque ante benedictionem sacerdotalem conceptus rationes Reudenii sunt sequentes.

1. Daß es nicht vermutlich/daß zwey gesunde und allenthalben zum Kinderzeugen taugliche Eheleute/ unter denen das Weib vorhin schon in der ersten Ehe/ etliche Kinder auf die Welt gebracht / solten in die dritte Woche/ ehelich beysammen gewohnet haben/ und doch die Zeit über/ keine Empfängniß geschehen seyn/ oder aber des ehelichen Beyschluffs im Anfang sich solten so lang enthalten haben.

2. So ist daß Kind ein Töchterlein/ welche wie sie in Mutter Leibe 10 — 12. Tage langtamer formiret werden/ also auch langsamer/ als die Knäblein/ auf die Welt kommen/ und deswegen/ mit nichten/unter die septimestres partus zu rechnen

3. Ob wohl Hippocrates so in Griechenland gewohnet septimestrem partum provitali hält/ so läßt sich doch solches so wenig auf unser Böhmen/ Teutschland/ und andere benachbahrte septentrionalische Länder ziehen/ als wenig sich reimet/ wenn man bey uns den 6. Monath/ wie an etl. Orthen geschehen sol in Spanien/ vor eine rechte Gebuhrts-Zeit/ oder die Octomestres partus, wie etwa in Egypten ob Coeli & solis clementiam passiret, pro vitalibus anziehen wolle. Sondern bleibet in unser Landes. Urth der neunte Monath primus legitimi & vitalis partus terminus. Hornii ratio est: quod uxor non fuerit primipara, ergo partum octavo mense validè editum non posse pro septimestri partu æstimari.

Restat, ut rationes Hippocratis & qui eū sequuntur adducam, ex quibus partus octomestris vitalitatē impugnant, verū cum hæc opera nimis, hac vice, mihi videatur prolixa,

Lectorē remitto ad Friderici Bonaventuræ *Tr. d. partu octomestri qui cap. 2. & seqq.* ex variis autoribus eas rationes collegit, & summo studio ac insigni opera rejecit. Cui jungatur Zach. in *Qu. med. Legal L. 1. Tit. 2. qu. 4. per tot.* Ex JCris hanc operam peregit Tiraquel, *Tom. 6. in Comm. ad L. si unquam C. d. revoc. donat. in Gl. ad vb. succiperit liberos n. 205. seqq.* Et post eum Alphonsus à Caranza JCt. Hispan. in *Tr. d. partu natur. & legit. cap. XI. n. 5. seqq.* & ex parte Finckelth. *Obj. postb. 2. n. 28.*

- Netamen has plane neglexisse videar, levi digito
26. præcipuas monstrabo. Quæ desumuntur vel ex physicæ & medicinæ fontibus, vel ex Arithmetica, vel ex Astrologia.
27. Physicæ & medicæ rationes in eo consistunt: quod partus per se validus septimo mense egredi conetur, hi si exeant, vitæ compotes fiunt; si non, mense octavo ægrotant, ex priori labore debiles facti, hinc matrem gravidā octavo mense male se habere. Si vero contingat, infantem non obstante imbecillitate & ægritudine, octavo mense, non tam edi, quam ex causa morbifica, protrudi, non posse non partum mori, quia afflictioni, quam perpeffus est mense septimo, supervenit labor & molestia partus, qui partum extinguit.
28. Arithmetica ratio inde desumitur, quod septenarius numerus fit perfectus, ut & nonus & decimus, non vero octavus, & duodecimus, ergo mense septimo 9. & 10. partus nascitur vivus, non vero mense octavo & duodecimo.
29. Astrologica est, quod singulis mensibus partui planeta dominetur, in primum mensem Saturnus habet imperium, in secundum Jupiter, in tertium Mars, in quartum Sol, in quintum Venus, in sextum Mercurius, in septimum Luna. Octavi mensis dominium redit ad Saturnum, cujus fideris malignitate octomestris partus emoritur.

CAPUT III. 29

PARTUS OCTOMESTRIS LEGITIMITATEM DEMONSTRANS

C onnexio	n. 1.	liquisse	n. 14.
Partum octomestrem ut legitimum agnoscentes Doctores adducuntur n. 2. seqq.		Rat. pro partu octom. n. 15. seqq.	
Pro partu octomestri præjudicia adducuntur scabinatus Lipsiensis		Ad contraria respond. n. 17.	
Facult. Jurid. Lipsiensis.	n. 6.	partus octom. succedit	n. 22.
Consistor. Lipsiensis.	n. 7.	Ad contraria resp.	n. 23.
Consistor. Dresdensis	n. 8.	Ob partum octom. parentes non sunt puniendi	n. 24.
Facult. Jur. Witteberg. Jenensis	n. 9.	Ad contraria resp.	n. 25. seqq.
Helmstädiensis	n. 10.	Per omnia & in omnibus pro legit. nato habendus	n. 30.
Rostochiensis	n. 11.	Medicorum auctoritati medicis recentiores opponuntur	n. 31. seqq.
Hinc patet hodiernos Jctos an. tiquorum sententiam dere-	n. 12.	Ad contraria resp.	n. 32. seqq.
	n. 13.	An menses solares an lunares intelligantur.	n. 37.

Ordoin Præfat. propositus postulat, ut hõc capite partus octomestris legitimitatem demonstramus, quod tacere parati sumus, adducendo pro partus octomestris legitimitate pugnantes 1. Doctores præcipue Jctos 2. Præjudicia recentiora 3. Rationes 4. brevem responsionem ad ea, quæ cap. 2. proposita sunt.

Partum octomestrem, ut legitimum agnoscunt, celeberrimus Academiae patriæ Jctus Henrici. Hahn. ad Wesf. tit. d. stat. homin. n. 3. ad. verb. postquam nati ibi: verum quamvis baud frequens sit, est tamen proquinquor mensi nono, & decimo, quidni sit & perfectior sui natura, propter

D 3

temporis

- temporis diuturnitatem & cum etiam majus robur habeat, & solidiora membra, magisque formata, calorem etiam vegetiorem. male tamen in seq. Dn. Hahn. Garanzam allegat
3. ut dissentientem. Hic enim JCcus in *Tr. d. part. natur. & legit. cap. XI. n. 6. seqq.* retert quidem Dissentientes, eorumque argumenta recenset; ipse tamen in seqq. ea rejicit & d. cap. XI. n. 57. concludit: *Partum octomestrem, in omnibus & per omnia coequandum esse cum septimestribus, nonomestribus & decimestribus, si totus vivus & perfectè natus sit.*
4. Eandem sententiam prolixè defendit. Frider. Bonaventura *Tr. d. partu octomestri lib. 9. cap. 34.* cujus summarium: *Concluditur ex superioribus, octomestres, legitimos esse partus ac naturales, & à lege receptos.* Ad quem autorem remitto lectorem, qui plures rationes pro & contra hunc partum allatas, expendere satagit, ipse vero Bonaventura thesin suam de partus octomestris legitimitate, nimis operosè defendit, invitos etiam quacunq; interpretatione, in suam sententiam trahendo. Imo *lib. 8. cap. 95. seq.* in eo operam collocat, ut Hippocratem quoq; in sui opinionem trahat, ut ut irrito conatu, ut testatur Zach: *Qu. med. legal. Lib. 1. Tit. 2. qu. 4. n. 1.*
5. Partus octomestris legitimitatem agnoscunt, ac defendunt quoque Carpz. *p. 4. C. 27. def. 14.* & in *Ipr. Con. sist. L. 2. def. 226.* & *L. 5. Resp. III. n. 14.* Georg. Schulzen. in *syn. Inst. sub rubr. d. success. liber. natur. lit. a. pag. m. 192.* Finckelth. *Obs. postb. 2. n. 30. seq.* Ernest. Theophil. Majer in *Comm. Justit. tit. d. patr. potest. ad. §. 2. pag. m. 145. ibiq; alleg.* Lauterb. *d. variet. tempor. art. 6. §. ult.* Idem Lauterb. in *Comm. ff. tit. d. bis qui sui §. 10.* Richter. *Dec. 9. n. 4.* Moller. *lib. 3. semestr. cap. 28.* Spekhan. *Cent. 1. qu. 77. n. 13. seq.* Joh. Cæppen. *Lib. 1. Obs. 41. n. 12.* Joh. Strauch. *Dissert. 2. ad Jus Justin. §. 2. Fabrit. ad Mynsing. Cent. 6. Obs. 40. pag. m. 437.*
Ne

Ne autem credas, hanc sententiam in theoria quidem defendi posse, ast in praxi contrarium obtinere, hinc præjudiciis eam confirmabo: sic pro partu octomestris legitimitate respondit Scabinus Lipsiensis mens. Febr. Anno 1600. & Mens. Majo 1632. & Mens. April. 1633. teste Carpz. p. 4. C. 28. de f. 14. & Mens. Octobr. Anno 1641. ibi: Die weil ein Kind/ so nur anfangs des achten Monats nach gehaltenen Hochzeit und Beylager geböhren/ vor unehlich nicht gehalten wird &c. Carpz. L. 5. Resp. 11. n. 15. Eodem modo respondit Facult. Jurid. Lips. d. 27. Febr. 1634 ibi: demnach aber und dieweil nach bewehrter Rechtslehrer Meinung/ ein Kind/ wennes gleich in achten Monat zur Welt gebracht wird/ vor ehlich zuhalten ist/ so wird auch ehre geböhrene Tochter pro partu legitimo billig geachtet &c. vid. Finckelt. *Obs. postb.* 2. n. 45. Ejusdem opinionis, fuit Consistorium Elector. Lipsiense M. Decemb. Anno. 1502. & Mens. Febr. 1636. ibi: Die weil ein Kind in 8. Monat/ wie in gegenwertigen fall erzeuget / nach verordnung der Rechte/ vor ehlich zuhalten und zu achten ist &c. Finkelth. d. 1. n. 43. 44. Quod à Consistorio supremo Dresdensi quoque confirmatum fuit d. 20. Jul. 1635. ibi: und als in achten Monat eines Kindes genesen/ so ist dieser partus pro illegitimo nicht zu achten. Carpz. in *Jpr. Consist.* L. 2. def. 226. n. 9. Eodem modo d. 27. Jul. Anno 1627. respondit Collegium juridicū Wittebergenle teste Georg. Schulzen in *syn. juss. lib.* 3. Tit. 5. sub Rubr. d. *success. liber. natur.* De alio præj. ejusdem facultatis testatur Guil. Forst. *lib.* 1. tract. *justin. disp.* 3. ib. 6. Simile responsum dedit facultas juridica Jenensis Mens. April. Anno 1668. ibi: und als Sie beide mit einander besage des Kircken Registers Wochen im Ehestand gehauet/ ist benanten ehres Sohns Weib/ einen jungen Sohn geböhren/ und es sind
sonst

6.

7.

8.

9.

10.

11.

sonst keine gnugsame Anzeigung vorhanden / das eubr Sohn solch sein Weiberland / so ist solche Geburth nicht vor unzeitig zu halten / mögen auch beyde Eheleute mit einigerley Strafen nicht beleyet werden. Richter Dec. 89. n. 4. septimanæ autem 33. efficiunt septem menses, 21. dies.

12. His accedit amplissima Facultas Helmstadiensis, quæ Anno 1601. eodem modo respondit ibi: ungeachtet / was de octavo mense, nach aufrechnung der Gelahrten in diesen fall / vor unerheblich möchte angezogen werden & simili modo d. 29. Jan. 1609. respondit de partu, post 32. septimanas edito, & eodem Anno 1609. d. 11. Aug. de partu nato post septimanas 33. à die nuptiarum. respondit eadem facultas ampliss: Helmstadiensis, teste Hahn. ad W. III. d. stat. homin. n. 3. ad. ub. postquam nati.

13. Eandem sententiam comprobavit amplissima facultas juridica Rostochiensis d. 17. Jun. 1696. ad requis. T. B. Stralsundensis ubi. Respondit: halten also denen Rechten nach dafür daß ein Aintmeister / dessen Frau / in der 31. oder 32. Woche post nuptias darnieder komt / auß dem Aint nicht könne gesehet werden etc.

14. Ex adductis liquet de hodiernis Jctis dici non posse, quod suo tempore de Jctis scripsit Frider: Bonaventura d. Octomestr. partu Lib. 2. cap. 1. ibi: Juris Professores, in probanda octomestris partus infelicitate, medicorum testimoniis potissimum nituntur, atq; horum, quos primum legerunt, sententia capti, de hac difficillima questione judicant: ad ipsorumque opinionem, quasi tempestate delati, ad eam tanquam ad saxum adherescunt, ac nescio, quomodo (quod deplorandum omnino est) errare malunt, eamq; sententiam, quam adamaverunt, pugnacissime defendere, quam sine pertinacia, quid constantissime dicatur, exquirere.

LEGITIMITATEM DEMONSTRANS

Partus octomestris legitimitas uti autoritatibus
 ac præjudiciis firmata, ita rationibus quoq; confirman- 15
 da. Ratio generalis est, quod cum olim dubitaretur
 de perfectione partus, postea initium septimi mensis re-
 ceptum fuerit *l. 12. ff. d. stat. homin.* ita ut natus post diem
 182. à die conceptionis. legitime & perfecte editus cense-
 atur *l. 3. §. fin. ff. d. suis. & legit. vid. cap. 1. n. 13. seqq.* à 16
 qua regula, cum nulla reperiatur exceptio, in mense octa-
 vo, nec nostrum est, sine lege, exceptionem formare *arg.*
l. 5. C. d. repud. Maximè cum in dubio pro partus legiti-
 mitate sit pronunciandum, & octavo mense editus, ma-
 jus robur habeat, ac solidiora membra, magisq; forma-
 ta, quam partus septimo mense editus *Hahn. ad W. d. stat.*
homin. n. 3. ad vb. postquam nati Finckelth. Obs. postb.
2. n. 32.

Ad contraria *cap. 2. n. 15. seq.* proposita responde- 17
 mus, (1. Quod Recentiores Medici, ex validioribus rationi-
 bus, & ex ipsa experientia partus octomestris vitalita-
 tem demonstraverint. (2. Hippocratis autoritas non a- 18
 gnoscitur, nisi quatenus ejus sententia in corpus juris
 relata, sicuti enim Papiniani, Ulpiani, Pauli &c. scripta
 imo ipse Codex Theodosianus, ad decisionem causarum,
 sub criminis falsi pœna, allegari non potest, nisi quatenus
 eorum scripta in corpus juris relata *Constit. Dedit no-*
bis d. confirm. ff. §. Hac igitur 19. Ita sub eadem pœna 19
 prohibitum erit Hippocratis autoritatem, ad decisionem
 causarum allegare, in iis locis, quæ non sunt corpori juris
 inserta; Cum Hippocratis non major quam Papiniani, vel
 Imperatorum ante Justinianum viventium esse possit autori-
 tas. Ad text. *l. 17. C. d. testib.* resp. eum loqui de testibus, qui
 asserta jure-jurando firmarunt, non vero de citatione
 E
 autoris

authoris mortui, de qua clarus est text. *d. Const. Dedit nobis §. 19.*

20. Nec (3. stringit: octavi mensis in jure non fit mentio, ergo rejectus, Jcti enim acquiescere voluerunt in eo, ut demonstrent, quo tempore partus antea immaturus, jam habeatur pro maturo, stultum ergo vel dubium movere, an in sequenti tempore longiori maturus judicetur, qui talis jam judicatus est tempore breviori. Sed nec nonimensis, quantum ego quidem recordor, specialiter mentio fit in jure, quis vero hinc colligeret, ergo partus nono mense editus, in jure non censetur legitimus. Quin rectius invertitur arg. quia octavi mensis nulla mentio facta, ergo Hippocratis autoritas, hac in parte, rejecta fuit *arg. d. Const. Dedit. §. 19.*

22. Ex dictis vel me tacente sequitur: quod partus octavo mense natus, & vivus plene ex utero matris extractus, succedat Brunnem. *ad l. 12. ff. d. stat. bom. n. 1.* tam parentibus, quam collateralibus Caranza *Tr. d. part. nat. Elegit. cap. 11. n. 57.* rumpitq; testamentum Boër. *Dec. 220.* Bach *ad. Tr. U. I. Diss. 2. th. 5. lit. E.* Peretz *ad. C. tit. d. posth. hered. n. 15.* Nec est quod Tiraq. objiciat *l. 2. C. 3. C. d. posth. hered.* quia loquuntur de abortivo, qualis non est octomestris, imo cap. 1. n. 34 probavimus, hodie hoc casu solam attendi vitalitatem, ergo & in octavo mense edito sola attendenda erit vitalitas. Minus stringit argum: idē esse non vivere, & diu vivere non posse, negatur enim & major, quæ in jure falsa; & minor, ut ex probatissimis experientissimisque constat Medicis.

24. Parentes vero propter partum octomestrem puniendos esse, tam absolum, ut vix absurdius quid concipi vel

vel statui possit, recepto enim septimo mense, nemo afferere poterit, an non partus sit septimestris, conceptionis enim tempora sunt incerta, ut ipsas quandoque matres fallant, cujus exemplum refert Amman in *Medic. Crit. cas. 7. in discurs.* ibi: Exemplum hic præsto est honestissima cujusdam foemina, quaë apparatus puerperii omnem Mense Decemb. anni præteriti adornari curavit, filium vero enixa demum est, circa festum Ascensionis Anni 1669. Eni intercapedo hic est 20. septim. si calculo ipsius fuisset credendum M. Decemb. novem menses erant ferme completi, jam accesserunt quinque alii menses, à festo Nativitatis usque ad Ascensionem Christi, Ergone puer hic 14. Mensium spatio, in utero conclusus latuit? vel est ne credibilius mulierem hancce ingravidationem citius quinque mensibus integris inchoasse, & Lucinam frustra sollicitasse? posterius verum est

add.: Carpz. *Lib. 5. Resp. III n. 15. præj.* Ad rat. Reudenii & Hornii *cap. 2. n. 21. seqq.* facilis est responsio. ad (1. adhuc hodie reperiri qui *can. Aliter 1. C. 30. qd. 5.* observent, & per biduum aut triduum castitatem custodiant, Et licet pauci hunc continentiaë gradum attingant, plura tamen dixerim dari exempla illarum uxorum, quæ primo mense non concipiunt, quam illarum, quæ secundo vel tertio die post nuptias jam gravidæ sint, & licet numero non sint æquales, extra controversiam tamen, quod per multæ primo mense non concipiant, ergo incertum an hæc uxor primo mense vel prima septimana conceperit, ad (2. nulla injure reperitur differentia inter pueros & puellas, adeoque nullam differentiam agnoscimus Sicuti de puella octomestri legitimâ respondit facultas juridica Lipsiensis *vid. n. 7. hujus capituli* ad (3. ubi Reidenius septimum & octavum mensem in Germania & locis septentrionalibus tollit, reponimus: septimum mensem in praxi, extra controversiam esse receptum, cujus, non

tantum, sed & sexti mensis plurima extant exempla vid. Amman. in *Medic. critic. Cas. IV. pag. 15*

28. Et ex viris fide dignis & excellentissimis percepi, quod in hac ipsa civitate Rostochiensis, ante aliquot annos, honesta uxor, in matrimonio, post primū partū, novū partū septimo mense, à priori partu, ediderit vivū ac sanū, hic certe si non sextimestris fuit non potuit non septimestris esse, ex quo simul satisfit dubio, quod primipara, septimo mense partum edere possit, non vero uxor quæ liberos ante jam edidit. Nec id admitto: quod communiter fere dicatur
29. octavo mense natos raro vivere, vel ut in specie loquitur Zachias *2. Med. leg. Lib. I. Tit. 2. qv. 4. n. 32. superviventibus ex mille septimestribus decem, vix quinque ex mille octomestribus vite compotes fieri.* Experientia enim & varia præjudicia supra allata contrarium demonstrant, & intra anni spatium bina exempla partus octomestris vitalis audivit Rostochium, alterum facultati oblatum, alterum in ipsa civitate Rostoch. contigit.

30. Percurrendæ nunc forent singulæ juris partes & specificè ostendendum esset, quod partus octomestris in omnibus, jure legitime natorum fruatur, verum cum ex supradictis & *n. 2. seq. alleg. Dd.* tale quid facile colligi & probari possit, brevitatis studio hunc differimus laborem, & in regula generali, quod per omnia habeatur pro legitimo, acquiescimus:

31. Restat, ut medicos medicis committamus, Jctorum enim in *cap. 2.* adductorum ratio præcipua est: quod partus octomestris, ex medicorum sententia vivere non possit. Ast exempla refert Schenkus *Observ. Medicinal. Lib. 4. d. partu Rr. Mense octavo ibi: Liquez, quod multi possunt survive, qui non egrotant, si eo tempore nascantur.* Nam duo filii

fili Cardinalis Sfondrati, & ipse Cardinalis Sfondratus, omnes
 nati sunt octavo mense, & supervixere. Eandem sententiam
 Zachias Qu. med. Legal. Lib. 1. Tit. 2. Qu. 4. v. 9. probare
 videtur: octomestrem partum magis esse perfectum magisque
 vitalem, quam septimestris & n. fin. concludit; aut septi-
 mestrem, & octomestrem simul esse rejiciendum, aut octo-
 mestrem quoque recipiendum esse. Eandem defendit sen-
 tentiam Johann. Sperling Tr. d. format. homin. in uter.
 cap. 9. qu. 1. pag. m. 177. Et ante eum partum octome- 32.
 strē defendit Sennertus in *Instit. medic. L. 1. cap. 10. pag. m. 96.*
 Et Excellent. Jsbrand. de Diemerbrœck. in *Anatom. corpor.*
human. Lib. 1. cap. 34. §. Hippocrates pag. m. 323. Et eo casu, quo
 liquido constare non potest, an partus editus sit octomestris
 aut septimestris ipsa facult. Medica Lipsiensis pro legitimitate
 etiam foeminei, partus pronunciavit, licet alias partui
 octomestri parum taveat. vid: Amman. in *Medic. crit. cas. 7. in*
responso, ibi: Denn obgleich vorgegeben wird / daß die se-
 primestris partus bey den foemellis nicht so gemein seyn
 sollen / so haben wir doch bey uns vornehme ehrliche Weib-
 er / die dergleichen partus foemineos viva ces auff die
 Welt gebracht / darunter auch eine zuvor einen Eheman
 gehabt / und Kinder gezeuget / und nicht derowegen se-
 primestris partus eben primus partus puerperæ seyn
 müssen. Ex JCtis huc traho: Daniel Moller *Lib. 3. semestr.*
cap. 28. n. 9. ibi; & ego ex fide dignis, & magni nominis viris 33.
acceperim, non nullos octavo mense, in conjugio natos, aliquot
annos superstites fuisse. Et Vincent. Pinellus celeberrimus
 ille JCtus octavo mense, editus est, teste Carolo Annibale
 Fabroto exercit. d. tempore partus human. pag. m. 18. Plu-
 ra exempla & autores refert Alphons. à Caranza Tr.
 d. part. natur. & legit. cap. XI. n. 21. seqq. quo me brevita-
 tis ergo remitto.


34. Ad rationes physicas & medicas *cap. 2. n. 7. seq.* adductas respondemus & quidem (1. negatur septimo mense partum omnem exitum tentare; hoc enim ex varietate subjectorum ac temperamentorum dependet, hinc majores motus septimi mensis quoque negantur *Sperling. tr. d. Format. hominis in utero cap. 9. qu. 1. ibi: Non enim omnem partum ad exitum moveri, mense septimo, sed eum saltem, qui fortioris sit complexionis. Non etiam gravidas, septimo mense, vehementiorem sentire motum, quam alius. Ante Sperling. idem docuit: Sennert. in Inst. Med. cap. 10. circa fin. ibi: Etes*
35. *num illud quod de motu septimo mense factum dicitur, an satis certum sit, inquirendum ad hoc videtur, & dispiciendum, an omnis foetus naturaliter septimo mense ad exitum moveatur. & in seq. infirmam illationem detegit: partus primam perfectionem mense septimo consequitur, ergo ad exitum moveri debet. Quia plurimi partus majorem desiderant perfectionem. Sed finge partum mense septimo exitum tentare, falsum tamen (2. quod extali motu ægrotet. Sperling. d. Tr.*
36. *d. format. hom. in uter. pag. 178. ibi: Et omnino veritati non consonum, mense septimo tanto conatu, in utero sese movere incipientem, ut adeo motu illo debilitetur, ut nec integro quidem mense, vires recolligere queat, sed confestim moriatur, si prodeat in lucem. Eandem fovet opinionem Sennert. inst. Medic. lib. 1. cap. 10. circa fin. Audiamus de eodem argumento celeberr. Anatomicum. Jsbrand. de Diemerbræck in Anatom. corporis humani. Lib. 1. cap. 34. pag. m. 324. ibi: Nam si septimo mense nati sint, vel possint esse maturi, quare non octavo nati? Sc. Frustra huc adducunt nonnulli magnos foetus labores, quibus septimo mense sese exagitat, plusquam aliis temporibus, adeoque de lassatur ac debilitatur, ut octavi mensis: expulsionem ferre nequeat: hæc somnia sunt, quæ reselluntur ab ipsis passim testantibus, se istum mulieribus, supra*


supra ordinatum motum, non magis septimo, quam sexto aut octavo mense percipere. Nec illud veritati conveniens 37.
 quod uxores mense octavo se pejus habeant, [quam septimo vel nono, Sennert. in Instit. Medic. cap. 10. d. partu pag. m. 96. ibi, Præterea nec illud experientia satis respondet, quod mulieres pleraque, mense octavo, pejus habeant, quam septimo vel nono. Nec concludit argumentum: mulier male se habet, ergo partus ægrotat, sequeretur enim mense nono partum ægrotare, cum ob majorem partus molem mulieres communiter pejus se habere soleant, quo partui sunt viciniore. Tandem finge hypothesin Hippocratis & eum sequentium esse veram, & suppone partum initio septimi mensis exitum tentare, & postea 40. dies ægrotare, ac quiescere, donec vires recipiat, de novo exitum tentandi, connumera dies & compertum habebis, ex ipsa falsa dissentientium ratione, partum nasci in medio vel fine octavi mensis. Adeoque ex principiis dissentientium non poterit non partus octavo mense nasci validus ac firmus. Nisi sane rejicias & septimestres & octomestres, quod non faciunt, qui, septimo mense, exitum tentari somniant.


Nec Zachias in Qu. med. legal. Lib. 1. Tit. 2. qu. 4. n. 16. 39.
 veritatem diffiteri potest, dum scribit: ad primam, quod quidvis de eo, quod dicitur: factum in octavo mense, necessario ægrotare (hoc enim licet commentum, & credam) scio hoc naturam non esse, sed ab accidenti. Arithmetica ratio n. 28. cap. 2. addit. Et valde infirma, cum nullus numerus perse, rebus firmitatem quandam tribuere possit Zach Qu. med. leg. Lib. 1. Tit. 2. qu. 4. n. 27. add: plurib. Carantz. Trad. part. natur. & legit. cap. XI. n. 89.
 Verum cum Regius Medic. Lib. 1. cap. 11. cum numero conjungat criticam quandam evacuationem, quæ tuto & saluta

- alutariter fieri non possit, nisi mense critico, &c.
40. Hoc nomine castigatus est à Dn. Diemerbroeck. L. I. *anatom Corp. hum.* cap. 34. pag. m. 324. ibi: *Verum si hic soli menses critici, septimus, decimus quartus &c. tanquam salutare sint statuendi & observandi, quid dicemus de partu nonimestri, qui non est criticus, & tamen est frequentissimus, maximeq; salutaris, quid item de decimestri? Certe corporis fetus non fit ulla effervescentia, ut fit humorum &c. & paulo post: cum apud nostrates quotidiana experientia doceat, octavo mense natos non minus vivos permanere, quam septimo mense natos, neq; ulla sufficiens ratio huius experientie contraria esse possit.*
41. Frustra denique hanc rem explicare nituntur Astrologi, per duos atq; iniquos saturni adspetus, haud secus ac si Saturni imperium perpetuum esset, sunt verba Dn. Diemerbroeck. in *Anat. Lib. 1. cap. 34. pag. 324.* Cui calculum adijcimus, nec credimus singulos Planetas singulis mensibus, partui in utero dominari.
42. Ultimo loco monemus, quod non ultimo loco adduci poterat, scilicet inter Jctos magis receptam esse computationem, quod menses numerentur solares, & quidem 30 dies mensi tribuuntur. Joh. Cœppen *Us. pr. inst. L. 1. obs. 41. n. 10.* Carpz. *lib. 5. Resp. 111. n. 5.* Mev. *Consil. 42. n. 199.* Alii tamen lunares intelligunt in hac materia Mev. *Consil. 110. n. 161.* quæ sententia probabilior, quia mulieres, ex motu lunæ, alterationem in sanguine percipiunt, quem etiam sentit partus, & hinc ad exitum stimulatur. Nobis placet Laüterb. sententia, quam habet in *Comm. ff. tit. d. bis qui sui §. 13.* quod mentes juridici seu solares sint computandi, nisi partui utilius connumerari lunares add; Felzman in *Comm. ad l. 12. d. stat. bom. n. Richter. V. 2. Consil. 46.* Quibus, hac vice, peractis Deo gratias, dissertationi nostræ imponimus

F I N E M.







LEGITIMITATEM DEMONSTR

vel statui possit, recepto enim septimo m
 re poterit, an non partus sit septimestris,
 tempora sunt incerta, ut ipsas quandoq
 cuius exemplum refert Amman in Medic
 curs. ibi: Exemplum hic praesto est honestissim
 que apparatus puerperii omnem Mense D
 riti adornari curavit, filium vero enixa den
 Ascensionis Anni 1669. En! intercapedo hic est
 lo ipsius fuisse credendum M. Decemb. m
 ferme completi, jam accesserunt quinque alii
 trivitatibus usque ad Ascensionem Christi, Ergo
 sum spacio, in utero conclusus latuit? vel est
 tierem hancce in gravidationem citius quin
 gris inchoasse, & Lucinam frustra sollicitasse
 add.: Carpz. Lib. 5. Resp. III n. 15. praj. A
 Hornii cap. 2. n. 21. seqq. facilis est respon
 hodie reperiri qui can. Aliter 1. C. 30. qd. 5.
 biduum aut triduum castitatem custodi
 ci hunc continentiae gradum attingant,
 rim dari exempla illarum uxorum, q
 non concipiunt, quam illarum, quae
 tio die post nuptias jam gravidæ sint
 ro non sint æquales, extra contro
 quod per multæ primo mense non conci
 tum an hæc uxor primo mense vel prin
 ceperit. ad (2. nulla injure reperitur diff
 ros & puellas, adeoque nullam differen
 Sicuti de puella octomestri legitimâ resp
 ridica Lipsiensis vid. n. 7. bujus capitis ad
 septimum & octavum mensem in Ger
 ptentrionalibus tollit, reponimus: septi
 praxi, extra controversiam esse rece

E₂

the scale towards document



Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. Patch Reference numbers on UTT

35
 afferere
 enim
 allant.
 in dis
 emina, 25.
 prae-
 fessum
 calcu-
 erant
 to Na-
 Men-
 us mu-
 is inte-
 rum est
 enii & 26.
 adhuc
 & per
 pau-
 dixo
 mense
 el ter-
 ume.
 nen,
 incer-
 a con- 27.
 pue-
 rimus
 as ju-
 enius
 is se-
 em in
 non
 nentum